



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

90 Vt Pleriqve Ecclesiastici Vitam laicam, planeq[ue] rixosam agant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

opibus abundant, auro venalia sunt; reliquis vero quibus
minimum suppetit nummorum, & iniquus est Plutus: ille
diuitiarum deus; non impartiuntur, sed penitus denegantur.

QVEMADMODVM SEPVLTVRAE IVS QVI-
busdam mortuorum cadaueribus, magno sit ære redimendū.

Papalibus statutum est canonibus, vt h̄s dumtaxat publi
ci iuris ecclesiastica denegetur sepultura, quos manifestis &
plane notorijs, mortalibus, vt vocant, peccatis, ex communi-
ni hac mortaliū sorte, absq; dominici corporis, sanguinisue
participatione migrasse compertum siet. Verum ecclesiastici
non animaduersis talibus Pontificum decretis, forte fortu-
na, aqua suffocatos, gladio, ruina, vel incendio occisos, iugul-
atos, atq; vita casu functos, etiamsi non pateat, peccatis mor-
talibus obnoxij decesserint, necne, in ecclesiasticam tumulas
re sepulturam, nō permittunt, quo usq; tam iniquo fato mor-
tuorum vxores, liberi, amiciue, ab ipsis cemiterium non mos-
dico ære comparauerint.

VT PLERIQUE ECCLESIASTICI VITAM

laicam, planeq; rixosam agant.

Nec minus etiam Germanis molestum est, q; potior pars
rochorum sacerdotum, monachorum, aliorumq; ecclesiastis
corū pars, in diuersorij, stabulis ac choreis, populorum tur-
bis se immiscent, in plateis item habitu minus decenti, vtpu-
ta gladijs, vestibusq; Iudicris: præterea rixis, iurgijs, litibus,
altercationibus laicos ad iram, & consequenter ad arma pro-
uocant, vulnerant, nonnunq; etiam confodiunt. Dein excom-
municationis fulmine miseris illos laicos, vel quos leserūt,
eousq; diuexant, quo usq; ad libitum suum laici se cum his
composuerint.

Item in locis plerisque episcopi, & eorum officiales non
solum sacerdotum tolerant concubinatum, dummodo cer-
ta persoluatur pecunia, sed & sacerdotes continentes, & qui

G ij